

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 3. b) Sed eos saltim fontes huc pertinere, qui juri, ut dicunt, germanico privato inserviunt.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

## §. 3.

b) *Sed eos saltem fontes huc pertinere, qui juri, ut dicunt, germanico privato inserviunt.*

Redit itaque omnis juris cambialis ratio ad eas doctrinas juridicas, quae, cum ex juris communis praeceptis immediate deduci nequeant, disciplinae juris, quod vocant, germanici privati accensendae et secundum solam in eadem admittendam methodum evolvendae sunt, cujus primas lineas ex mea persuasione nuper exposui. \*)

## §. 4.

3) *De methodo in his doctrinis observanda.*

In hisce enim doctrinis juridicis primum eo spectandum, ut naturam negotii tibi clare expositam ante oculos ponas, i. e. ut notionem de tali instituto in univ-  
ersum vel receptam vel saltem suppositam secundum omnem ejus rationem certis limitibus definias. Ex hac enim notione rite intellecta singula circa istam causam praecepta imprimis repetat et hauriat jurisperitus necesse est. Saepenumero vero notio talis instituti tum quoad genus, tum quoad differentiam specificam e generalioribus composita est notionibus, quarum et praeceptorum ad easdem relatorum in doctrina ista determinanda maxime partes esse debent, sive ex jure ut dicunt germanico vel particulari, sive ex jure communi aut peregrino eadem descendant. \*\*)

## §. 5.

\*) In cit. *Einleitung in die Wissenschaft des deutschen Privatrechts*, §. 19-21, junct. §. 27, 28.

\*\*) *Einleitung*, cit. §. 28.

